

SUMMARIA

Dissertationis de plagio literario

juxta seriem

non modò Capitem, Theorematum, Regularù,

sedetiam paragraphorum,

& quidem omnium, exceptis iis,

quibus Catalogus plagiariorum continetur.

Erunt haec summaria velut Indicis loco, qui quàm fieri potet brevissimè exponat, quicquid in hâc totâ dissertatione & singulis ejus paragraphis, si eos excipiam, qui plagiariorum Catalogum exhibent, continetur; idque non literarum alphababetico, sed rerum ipsarum, & eo quidem, quem in opere ipso custodivimus. Quòd autem ipsumplagiariorum Catalogorum non fecimus indicis hujus partem, id ea nobis maximè ratio persvasit, quia quod Catalogo in hâc fecundâ demùm editione accessit, id omne & separatis non à pristino tantùm Catalogo, sed integrâ dissertatione veteri pagine reservare, & novis circumscribere numeris placuit, quibus continuarentur immediatè numeri paragraphorum non Catalogi veteris, sed Dissertationis totius. Ac merebatur ille quoque Catalogus unâ cum Supplemento suo Indicem peculiarem, Qui viros eruditos plagii vel accusatos tantum, vel etiam convictos ordine sisteret Alphabetico. Hic ergò Index ne quis ipsum desiderare possit, Accessionem ab hâc proximam constituet, quae sic omnium erit ultima.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

- §. 1. Argumentum Dissertationis erit de plagio literario:
- §. 2. Quod tetigerunt ante nos
- §. 3. tùm veteres,
- §. 4. tùm recentiores:
- §. 5. quorum notitiam ex parte debemus Celeberrimis Jctis Geislero & Facnero.
- §. 6. Tria faciemus capita; Theoreticum, Historicum, Practicum.

CAPUT I. THEORETICUM.

- §. 7. Res Paulò altius repetenda.
- §. 8. Gloria, (quam maxime captant plagiarii,) nititur opinione eruditionis.
- §. 9. Haec justae hominum multitudini persuadetur vel *recitando*, vel *scribendo*.
- §. 10. Ex his *scriptio* magis valet ad gloriae.
- §. 11. tùm perennitatem.
- §. 12. tùm amplitudinem:
- §. 13. adjuvante imprimis typographiâ.
- §. 14. Ante hanc inventam valuerunt *recitationes*;
- §. 15. quibus & certamina accesserunt.
- §. 16. Nunc *scribendo* magis quaeritur gloria:
- §. 17. quanquam nec *recitationes* planè cessant.
- §. 18. Multi omniaevo reperti, qui gloriam quaesiverunt *fraude*,
- §. 19. & quidem *plagiariâ*.
- §. 20. Concipiamus ergò *plagiarium crassissimum*, (qui scilicet integrum alterius librum ttranscripserit,)
- §. 21. ut concretum maximè palpabile, & his temporibus aptum.
- §. 22. Dicemus, autem prius, quid non sit plagium, & hâc occasione onomatologiam exponemus.

Theorema I. Plagium literarium non est plagium propriè dictum.

- §. 23. plagiarius enim noster non furatur hominem.
- §. 24. plagiarius propriè **Menschendieb**, *άνδραποδι[σ]ής ψυχαγωγός*.
- §. 25. Germanicum nomen hîc significantius,
- §. 26. quam Latinum, aut Graeca duo.
- §. 27. Latino tamen accuratioria sunt Graeca duo,
- §. 28. *Ψυχαγωγός*,
- §. 29. & *άνδραποδι[σ]ής*.

- §. 30. plagii etymologia ab obliquitate,
- §. 31. viarum fortasse.
- §. 32. Plura de plagio propriè dicto dabunt Jcti.

Theorema II. Plagium literarium non est aliqua species furti propriè dicti.

- §. 33. Si quis putet, plagium literarium esse furtum propriè
- §. 34. reclamabunt Theologi, qui referunt ad octavum praeceptum;
- §. 35. reclamabit ratio, neque enim res corporalis hic aufertur.
- §. 36. Quid ergo tandem est plagium? incipiendum à genere.

Theorema III. Genus proximum in definitione philosophica est mendacium justitiarium.

- §. 37. Definitionem philosophicam hîc distinguo a populari.
- §. 38. Definitum ipsum concipiemus in abstracto,
- §. 38. & quidem per modum univoci;
- §. 40. pro *actu* tamen, *non* pro habitu *vitioso*.
- §. 41. Qui sic *genus* erit, seo satis *remotum*.
- §. 42. Propinquius est, *mendacium* seu *falsum ethicum*:
- §. 43. Falsum enim & mendacium synonyma hîc nobis.
- §. 44. Etiam Theologia ad falsum testimonium referunt:
- §. 45. Jcti, opinor, ad crimen falsi.
- §. 46. Nescio tamen an plane idem Theologis sit falsum testimonium
quod Jctis crimen falsi.
- §. 47. *Proximum* genus Raynaudo est suppositio librorum,
- §. 48. Cujus opinio declaratur
- §. 49. 50. 51. per tria puncta;
- §. 52. additâ
- §. 53 54. 55. singulis censurâ,
- §. 56. (obiter & Dresemius. castigatur, Iscanum cum Cornelio Nepote
conferens,)
- §. 57. & expolitione quâdam:
- §. 58. relinquitur tamen suo loco,

- §. 59. cùm magis videatur Elementis Jurisprudentiae Fejdemanis quadrare.
- §. 60. Nos Peripateticae doctrina principia sequemur,
- §. 61. Ubi *mendacium* distinguitur in homileticus & justitiarium.
- §. 62. Ad homileticum mendacium *siquis* putet plagium referendum esse.
- §. 63. minùs apte hoc faciet:
- §. 64. aptiùs ad *justitiarium*,
- §. 65 & quidem quo violetur justitia *commutativa*,
- §. 66. perinde ad furtum, & in furtorum generibus illud, quod mutuum non reddit.
- §. 67. Ergò à plagio immunis, quia altero volente & donante accepit.
- §. 68. Si maximè alter donando peccaverit.
- §. 69. Non sola tamen justitio plagio violatur, sed simul, si ad species plagii descendas, & alia virtus non una.
- §. 70. Pergamus ad genus definitionis popularis.

Theorema IV. Genus in populari definitione tolerari potest furtum, ob similitudinem,

- §. 71. In definitione populari
- §. 72. non inepte *furtum* ponas loco generis: Cui simile est plagium,
- §. 73. illi maximè, quod rem furatur.
- §. 74. ubi metaphoram agnoscas.
- §. 75. Veteres etiam magis furti vocem, quam plagii adhibuerunt.
- §. 76. Plura quoque à furtis occurrunt, quam à plagiiis synonyma.
- §. 77. Cur autem hodiè magis invaluerit vox plagii, jam dicemus.

Theorema V. Vox plagii maximè invaluit ex loco quodam Martialis.

- §. 78. Martialis primus videtur voce plagiarii hoc sensu usus.
- §. 79. Cujus versùs proferuntur,
- §. 80. & ex allegorià

§. 81.82. declarantur.

§, 83. Post seculi barbariem depositam paulatim eruditi Martialem hîc secuti sunt

§. 84. usque ad haec tempora.

§. 85. Unde & qui plagium propriè dictum tractant, ad literarium illud excurrunt.

§, 86. Quin & novae homonymiae illi vocabulo sunt impositae. (E quibus tamen inepta ilia, quae *plagiarium* usurpat pro *plagoso*, paralip. I.)

Theorema VI Differentia in populari definitione peti poterit ab efficiente causa.

§, 87. Differentia in definitione populari.

§, 88. Commodissimè petetur ab *efficiente causâ* quae sunt homines *eruditi*.

§. 89. Unde & *literarium* vocatur hoc plagium.

§. 90. Sed eruditorum nomine comprehenduntur & apparenter eruditi.

§. 91. Nec tamen verè docti à plagio abstinuerunt,

§. 92. Habes autem sic & occultam quandam formae significationem.

§. 93. Fateor interim differentiam hanc, ut in populari definitione, non satis esse claram.

§. 94. Regrediamur ergò ad definitionem philosophicam.

Theorema VII. Differentia definitionis philosophicae petitur partim ab objecto, partim à formâ.

§. 95. In definitione philosophicâ loco differentiae contenti *es-se* possumus solis causis internis, quae sunt *materia & forma*.

§. 96. Nam *efficientem* dedimus definitioni populari; *finis* divisoni inserviet.

§. 97. Interim sic quatuor omnes causae distributae fuerint.

§. 98. Etiam Speckhianus in suâ definitione maxime respexit ad causas internas.

§. 99. *Materiae* nomine hic intelligitur *objectum*.

§. 100. Quod triplex, (1.) personale. (2.) reale primum, (3.) reale secundarium.

§. 101. Simile de Bibliopolâ fraudulento.

- §. 102. Personale objectum est ille *unus pluresve, qui laeduntur*.
- §. 103. Laedi autem potest etiam mortuus,
- §. 104. Etiam ipse plagiarius.
- §. 105. Utrumque declaratur à simili furis propriè dicti.
- §. 106. Objectum reale primarium est *opinio eruditionis*.
- §. 107. Eruditionis variae partes.
- §. 108. Opinio eruditionis notat famam non viri boni, sed boni artificis.
- §. 109. Ubi porrò observanda quaedam tum circa *pretium*, tùm circà *damnum*.
- §. 110. Circa *pretium*, respici oportere ad judicia opinantium,
- §. 111. Qui sunt laedens, laesus, tertius.
- §. 112. Inprimis, hîc ad opinionem laedentis plagiarii respiciendum,
- §. 113. Ut aestimare possimus delictum ejus, quod in ethico foro non parvum,
- §. 114. Licet ipse decipiatur judicando.
- §. 115, Et cum eo hîc sentiat laedus. Exemplum de Mureto & Lipsio:
- §. 116. Quorum certamen
- §. 117. Expenditur.
- §. 118. Circa *damnum*, distinguendum inter partem, opinionis acquisitam & acquirendam.
- §. 119. Plaglarius tandùm acquirenda; partem intecipit,
- §. 120. Idque tacendo:
- §. 121. Unde non maximum illud damnum est.
- §. 122. Objectura reale secundarium
- §. 123, In genere sunt *cogitata*.
- §. 124. Quae distinguenda (1.) *magna & parva*: (2) in *nuda & vestita*.
- §. 125. Mediocria sive addas, sive omittas, Parum refert.
- §. 126. Objectionis minima non curari à Praetore, respondetur.
- §. 127. Quid cogitatum *nudum?* quid *vestitum?*
- §. 128. Cur cogitata extendamus ad *προφορικὸν Λόγον*;
- §. 129. Objectio: plagiarius nuda cogitata nec invenit, nec producit.
- §. 130. Respons. quibusdam tamen mutat vestem, aliis suam relinquit.
- §. 131. Ut de invenigis, quo sensu nuda hîc vocemus.
- §. 132. *Semivestita* cogitata quae ?
- §. 133. Cur vox cogitati placuerit hîc potiùs, quam scripti aut verbi ?

- §. 134. Objicies: sic excludi *centonum scriptores*, qui sola verba furantur sine sensu.
- §. 135. Respondeo: (1.) praemitto, *Centonem* hîc esse solam vestem sine corpore.
- §. 136. (2.) Distinguo inter Centonum scriptores *vocales & mutos*.
- §. 137. (3.) *Vocales* hoc ipso non sunt plagiarii.
- §. 138. Nec *muti*, quia potiùs laudanda imitatio.
- §. 139. Obj. Tacent tamen. Resp. De est materia capax plagii.
- §. 140. Imò citare hîc superstitiosum: aut saltem fiat hoc in alium finem.
- §. 141. Itaque absentior Caspio Grangerium plagii postulanti.
- §. 142. Neque furibus comparandi imitatores, nisi laudabilem in sensum.
- §. 143. Locus Ciceronis de furtis Stoicorum minus benè à Pogiano citatus.
- §. 144. Cicero favet nobis de materiâ plagii, quod sint cogitata.
- §. 145. Debent autem cogitata esse in specie cogitata *peculiariorum*. Peculiaritatis duo requisita:
- §. 146. Unum, *ut habeat formam peculiaritatis*: quae diversa in magnis, parvis; nudis, vestitis.
- §. 147. *Magni vestiti* forma peculiaritatis consistit in proprietate singularissimâ.
- §. 148. Ratio, quia naturaliter impossibile, duos hîc in eadem sensa pariter & verba conspirare,
- §. 149. Ne quidem, si transferant è lingua in linguam:
- §. 150. Ubi de LXX. Interpretibus, de Lucâ Tudensi, de plagario ad Sympathiam provocante quadam proferuntur.
- §. 151. Imò in magnis sola sensuum structura, à verbis abstracta, peculiaritatem arguit:
- §. 152. Atque adeò furtum ejus prodit, qui librum alterius à se in aliam linguam translatura, vulgat pro suo.
- §. 153. *Parvis* ad peculiaritatem sola vestis sufficit eadem.
- §. 154. Duo ergo plagiarios maximè produunt: magnitudo rei ereptae, & vestitus.
- §. 155. Magnorum peculiaritas esse potest absque raritate sensuum.
- §. 156. At *parvorum nudorum* peculiaritas ponitur in *raritate* sensus.
- §. 157. Dicendum hîc de *communione literariâ*, & imprimis naturali.
- §. 158. Quae alia *verborum*, alia *rerum*.
- §. 159. *Verborum*, est a vulsorum à sensibus, sive popularia sint verba, sive propria eruditibus.
- §. 160. Simile de rebus naturaliter communibus.

- §. 161. Cave autem communionem hanc nimis extendas.
- §. 162. Integram epistolam paucis mutatis sumere non licet,
- §. 163. *Rerum* intellectarum communio est vel communium omnibus hominibus, vel solis eruditis.
- §. 164. Omnibus hominibus communia sunt e.g. *κοινὰ ἔννοια* proverbia, &c.
- §. 165. Ergo rectè Henricus Stephanus defendit. Aretinum contra Clementem.
- §. 166. Solis eruditis quae communia ?
- §. 167. Jam quae non communia sunt, ea *rara*, & *materia plagii*.
- §. 168. Rara talia vel rei sunt necessaria, vel contingentis.
- §. 169. Exempla quaedam de necessariis & contingentibus.
- §. 170. Ad prasterita contingentia quae pertineant?
- §. 171. Quaedam abstrahunt à nec[e]ssario & contingente, e.g. inveterati erroris detectio.
- §. 172. Etiam in citatione autorum.
- §. 173. Ut nimis cumulandà excedi, sic omitt[e]ndâ defici.
- §. 174. Acque sic committi plagium potest.
- §. 175. Alterum peculiaritatis requisitum est, *ne dominium ejus alterum sit amissum*.
- §. 176. Amitti id putant quidam à primo possessore, si quis cogitata *ejus* peculiariora meliora reddat aut majora.
- §. 177. Verùm hîc distinguendum est.
- §. 178. In foro politico laudari possunt certo modo, qui meliora reddunt:
- §. 179. In ethico nec laudari possunt, nec à plagio absolvi.
- §. 180. Objectio: Res tamen transit in speciem novam.
- §. 181. Responsio: (1.) non transit.
- §. 182. (2.) Esto, transeat: dominium non transit statim.
- §. 183. Aliàs etiam transiret, si quis deteriora redderet.
- §. 184. Vere extinguitur peculiaritas *abdicatione voluntariâ dantis*.
- §. 185. Ea duplex, *specialis & generalis*
- §. 186. *Specialis* exemplum memorabile de Harpesfeldo, & Alano Copo.
- §. 187. Ad *generalem*
- §. 188. Requiritur *communio literaria summi gradûs, se[u] extraordinaria*.
- §. 189. Nam ordinaria amicitiae communio rem non absolvit.

- §. 190. Extraordinariae exempla duo: (1.) inter *Scholasticos* : (2.) inter
discipulos Philippi Melanchtonis.
- §. 191. Quae tamen non nisi à partiali plagio excusat.
- §. 192. De utraque testes audiendi:
- §. 193. de *Scholastica* Franciscus Moschus;
- §. 194. de *Pbilippica* Jacobus Monavius,
- §. 195. Utraque communio probabilis,
- §. 196. Nam *Scholastici*.
- §. 197. Barbari fuerunt,
- §. 198. & monachi plerique:
- §. 199. Quo rerum statu ad communionem res abiisse videtur.
- §. 200. *Philippici*.
- §. 201. maximâ sibi amicitia fuere juncti.
- §. 202. Discrimen inter Scholasticam & Philippicam communionem.
- §. 203. Requiritur porrò ut cogitata ad plagiarium quomodocunque sint
delata,
- §. 204. Quanquam non accipiendi, sed usurpandi vitio sit plagiarius propriè.
- §. 205. Accipi aliquid potest justè à communicante, injustè à non
communicante.
- §. 206. Communicamus aliquid
- §. 207. vel recitando,
- §. 208. vel scribendo.
- §. 209. Quomodo qui justè accipiatur,
- §. 210. item injustè.
- §. 211. Etiam injustè capiens potest abstinere à plagio.
- §. 212. Nihil ergò ad plagium refert, quomodo; refert, an acceperis.
- §. 213. Itaque subtiles plagiarii mutando conantur efficere, ne videantur
accepisse.
- §. 214. Qui in parvis ac nudis difficulter deprehenduntur,
- §. 215. Ob causas ante expositas.
- §. 216. Nam in parvis ac nudis media ad idem perveniendi omnibus patent.
- §. 217. Itaque in talibus non temerè quis damnandus plagii.
- §. 218. Exemplum de emendatione Æneae Gazaevi, ὄν θεραπεύιναις.
- §. 219. Simile de furto ovi.

- §. 220. Sed interdum tamen tale furtum proditur,
§. 221. si quis alio teste acceperit:
§. 222. quâ ratione Lipsium conatur Muretus convincere;
§. 223. item si quantumvis parvis vestem reliquerit;
§. 224. Si alienum errorem suum fecerit:
§. 225. Imò & proprius aliquando furem prodit.
§. 226. Ad formam plagii
§. 227. quatuor actus concurrunt.
§. 228. *Primus* internus animi maligni.
§. 229. In quo maximè ponitur vitiositas moralis.
§. 230. Quo nomine laudanda Speckhaniai definitio.
§. 231. An absit haec malignitas, quomodo intelligatur?
§. 232. *Secundus* externus, proferendi aliena.
§. 233. Quod locum habet etiam in concionibus:
§. 234. quanquam leviùs peccatur concionando, quàm edendo,
§. 235. vel dictando.
§. 236. *Tertius* iterum externus, proferendi tanquam sua.
§. 237. Quod & facere censendi sunt anonymi, pseudonymi, heteronymi:
§. 238. Ut Germbergius, Bellus, Bellermontanus.
§. 239. Illa sui dissimulatio est inter technas:
§. 240. sub quibus tamen aliquid edi potest pro suo.
§. 241. *Quartus* similiter externus, tacendi nomen veri autoris. Ethic in
externis est praecipuus.
§. 242. Nam qui non dissimulat, caetera sibi, hoc autori alteri tribuit.
§. 243. Rectè ergo hic actus in definitione plagii ponitur; mi-nùs recte
VVaremundus sibi metuit.
§. 244. Duo sunt *resquisita ingenuae professionis*:
§. 245. *Unum*, ut mentio alterius fiat. Sed quid, si non possit ?
§. 246. Faciendum hîc simile quid, quod fieri potest.
§. 247. Qui absque causâ nimis generalia hîc proferunt, suspecti sunt.
§. 248. *Alterum*, ut conveniente fiat loco,
§. 249. etiam per Catalogum autorum,
§. 250. Ferri tamen certâ ratione potest, ut non ubique cites eum, quo
saepius utaris, modò justum temperamentum adhibeas:

- §. 251. Nam loco illustri, aut semper tacere, aut non nisi ubi absentias, nominare, technae sunt plagiariorum.
- §. 252. Ab hoc actu tacendi distinguendus alius actus, plagium suum negandi,
- §. 253. item laesum pro plagiario traducendi per plusquàm plagium.
- §. 254. Atque sic absoluta est definitio. Succedat divisio.

Theorema VIII. Divisio fieri potest in tres species,
Plagium enim est vel ambitionis vel irae, vel ignaviae.

- §. 255. Omnes species plagii violant praeter justitiam & aliam virtutem.
- §. 256. Haec alia virtus deprehenditur ex affectu plagiarii pravo speciali.
- §. 257. Qui triplex, ambitio, ira, ignavia.
- §. 258. Ac fieri potest, ut ex his duo, vel ipsa tria concurrant.
- §. 259. Quomodo haec tria differant?
- §. 260. Etiam doctissimi ambitione peccant:
- §. 261. Ubi notanda singularis ambitio eorum, qui deperditos citant.
- §. 262. Ad iram referri potest odium, contemptus, invidia.
- §. 263. Ex ignaviâ maximè peccant pigri concionatores.
- §. 264. Dantur & divisiones accidentales, ut jam patebit.

Theorema IX. Divisiones in accidentia sunt quinque
praecipuè.

- §. 265. De dividendo plagio in primis cogitaverunt Zvvingerus, Raynaudus, Speckhانيus, & Bartoli.
- §. 266. Zvvingerus alios Poëtarum fures facit, alios Philosophorum, alios autorum, alios Historicorum.
- §. 267. Sed nos hîc tales divisiones meditamus, è quibus distincta plagius pretia reperiri queant. Audiamus ergò caeteros.
- §. 268. Raynaudus plagium dividit in palliatum & manifestum:
- §. 269. Speckhانيus (1.) in totale & partiale: (2.) in subtile, & crassum.
- §. 270. Bartoli in (1.) subtile, (2.) quod inchoata peficit, (3.) totale.

- §. 271. Omnes hi tres videntur dividere plagium (1.) in crassum & subtile;
(2.) in totale & partiale. Nos ita procedemus;
- §. 272. Prima divisio in *crassum & subtile*.
- §. 273. Subtile vel in melius, vel in pejus mutat.
- §. 274..Datur & semicrassum & semisubtile.
- §. 275. Secunda in *manifestum & occultum*
- §. 276. Quid manifestum? quid occultum?
- §. 277. Tertia in *totale & partiale*
- §. 278. Quo sensu haec vocabula hîc capiamus ?
- §. 279. Quarta in *magnum & parvum*.
- §. 280. Quinta in *judiciale & extrajudiciale*.
- §. 281. Ubi observa, in plagio judiciali actum illum, quo competitori nocetur,
vitiosum esse quidem, non plagium tamen.
- §. 282. Potuissent plures divisiones addi, sed hae sufficiant.

Theorema X. Technae plagiariorum omnes trium sunt classium.

- §. 283. Quid hîc artis aut technae vocabulo intelligatur?
- §. 284. Tres earum species vel classes.
- §. 285. In primâ *versus autorem* quinque sunt technae: Tres jam [§. 251.]
memoratae sunt.
- §. 286. Quibus hîc addimus quartam, si alibi laudes laesum, & quintum, si ipsi
plagii crimen impingas.
- §. 287. Quaedam ex his etiam affectui tribui possunt.
- §. 288. In secundâ *versus scriptum autoris* tres sunt techae, si scilicet plagiarius
illud vel aboleat, vel antevertat, vel in aliam planè faciem mutet.
- §. 289. Exhîs facilimè deprehenduntur qui secundam technam adhibent.
- §. 290. In tertîâ classe duae sunt plagiarîi *circà scriptum suum* technae, si nempe
nomen illi suum non addat, aut antiquius, quàm est, esse fingat.

Theorema XI. Plagiarii culpa non est gravior, quàm furis propriè dicti.

- §. 291. Hîc culpam, postea poenam videbimus.

- §. 292. Culpa spectatur vel in ipso genere, vel in singulis speciebus.
- §. 293. In genere certum est, peccari contrà octavum praeceptum, & justitiam particularem:
- §. 294. etiam contrà gratitudinem.
- §. 295. Sed quaeres, an peccatum hoc sit furto gra vius, vel faltem aequale?
Affirmant Synesius, Jason, Raynaudus, Duarenus.
- §. 296. Nos negamus.
- §. 297. Objicies: At famam laedit? Resp. sed non viri boni, & futuram, & tacendo.
- §. 298. Interim non displicent exaggerationes ingeniosae, ut Bartoli.
- §. 299. Qualis & Raynaudi esse videtur:
- §. 300. modò conveniente loco adhibeantur.

Theorema XII. Plagiorum species alia leviùs peccat, alia gravius.

- §. 301. Quae hîc dîceatur, intelligenda sunt caeteris paribus.
- §. 302. Plagîum irae habet culpaè gradum maximun, *ambitionis* mediocrem, *ignaviae* minimum.
- §. 303. *Crassi* plagii major culpa, quàm subtilis:
- §. 304. Et *totalis, magni, judicialis*, quàm specierum oppositarum.
- §. 305. De manifesto & occulto hîc tacendum.
- §. 306. Neque plures specîes hîc attingemus.

Theorema XIII. Plagii pœna locum habet in utroque foro, quanquam de eo nulla est specialis lex politica.

- §. 307. Distinctio inter *forum Ethicum & Politicum*.
- §. 308. In *Ethico* foro cuilibet sua conscientia pro tormento est.
- §. 309. In *Politico* nullum puniri commodè potest, nisi manifestum fiat.
- §. 310. Punitur autem magis lege permittente, quàm jubente.
- §. 311. Quod ergo plagiariam legem hîc nonnulli ant similem citant, rhetoricè dictum.
- §. 312. Sed cur nulla hîc specialis lex lata ?
- §. 313. Resp. quia corrigi plagia possunt meliùs judicio literario, quàm

forensi.

§. 314. Minùs benè Wintherus, quia omnes sînt plagiarii.

§. 315. *Dices* ex Duareno: plagiarii non minus laedum Remp. quàm illî propriè dicti; metuendumque adeò, ne eruditi definant scribere.

§. 316. *Resp.* Nego hoc memendum esse.

§. 317. Iterum *dices* ex Vive: Simultates minuentur latâ lege.

§. 318. *Resp.* Non magis, quàm hoc rerum statu.

Theorema XIV. Externus judex in plagio judiciali certus, in extrajudiciali incertus.

§. 319. *Intemus judex* conscientia.

§. 320. *Externus* in plagio *judiciali certus* ac definitus.

§. 321. Rara tamen exempla talis judicii praeter illud tempora
Ptolomai.

§. 322. In certamine judiciali definita omnia;

§. 323. In *extrajudiciali* indefinita omnia,

§. 324, Atque adeò & Judex.

§. 325. Optimus interim, qui simillimus Aristophani.

§. 326. Etiam *laesus* ipse asserere sua sibi poterit.

Theorema XV. Pœnia externa plagiariorum: honore *excidunt*, reportant dedecus.

§.327. Poena externae partes duae, *positiva & privativa*.

§.328. *Privativa* in eo ponitur, ut vero autori suum reddatur;

§. 329. *Positiva* in dedecore & ignominia.

§. 330. Satis autem ea vim habet terrendi :

§. 331. eritque medicinalis saltem respectu aliorum, etiam post mortem
plagarii.

§. 332. Pertinent autem ad partem positivam *comparationes*, plagiariorum
cum furibus:

§. 333. Item *Symbola* ignominiosa,

§. 334. quae petuntur à brutis,

§. 335. ab hominibus,

§. 336. à corporibus in animatis.

CAPUT II. HISTORICUM.

§. 337. Non novum plagii crimen est, secùs atque Ludovicus Vives censuit,

§. 338. Fuerunt enim olim gentiles Philosophi cupidissimi gloriae.

§. 339. Itaque plagia eorum vel integris scriptis detexerunt quidam, ut
Lysias,

§. 340. & post eum alii.

§. 341. Ad nos autem inprimis Clementis & Eusebii loci pervenerunt.

§. 342. Ad veteribus ad nostram usque aetatem propagatum hoc vitium.

§. 343. De cujus historîâ quae jam anticipata sunt Capite praecedente, hîc
non repetemus,

§. 344. Dabimus 1. Catalogum plagiariorum; 2. Historiam vanarum
excusationum.

§. 345. Nec tamen omnes, qui inCatalogo comparebunt, .ha-bendi erunt
pro verè reis.

§. 346. Ordinem *in* Catalogo observabimus alphabetîcum.

CATALOGUS,

*qui in ipsâ Dissertatione duas propè cum dimidiâ paragraphorum centurias
occupat, quarendus est in Accesione proxime se-quence, seu ultimâ.*

HISTORIAE

VANARUM EXCUSATIONUM.

§. 595. Vanae excusationes suis jam describendae veniunt ordî-nibus.

§. 596. Qui tres sunt: 1. laudem quaerentium; 2. furtum negantium: 3. nihil
ad rem respondentium.

§. 597. In *primo* Politianus est.

§. 598. In *secundo* sunt, qui peculiaritatem negant, aut exspirâsse dicunt.

§. 599. Ex his respondetur Raudensi,

§. 600. Item Doletto.

§. 601. Qui simul & in *tertio* ordine cum aiiis.

CAPUT III. PRACTICUM.

§. 602. Restat pars Practica.

§. 603. Ubi Therapeuticam pollicemur, ostensuri, quid utile sit aegrotantibus:

§. 604. nam quid justum & injustum, è Theoreticâ peti potest.

§. 605. Peccat autem non modò plagiarius, sed interdum quoque laesus, item
judex.

§. 606. Nos regulas dabimus his omnibus communes:

§. 607. & eas quatuor, binas ad intellectum, totidem ad voluntatem pertinentes.

*Regula I. Quisque morbum suum in fonte & agnoscat,
& sanet,*

§. 608. Fontes vitiorum pravi affecûs,

§. 609. Hi ex parte *plagiarti* sunt, ambitio, ira, ignavia.

§. 610. Peccare & *laesi* possunt, vel qui se laesos putant.

§. 611. Peccant autem maximè ambitione, ut qui agrè ferunt sibi gioriolam
interverti;

§. 612. qui se solos putant aliquid invenisse;

§. 613. qui ferrè non possunt, ut quis tanquam ignorata proferat, quae ipsi non
ignoraverint.

§. 614. Lisî peccands maximè horrendum exemplum Diagoras.

§. 615. Etiam ad *judices* ambitio serpit, item invidia, ira.

§. 616. Det ergò quisque operam, ut suam *intelligat* morbum, & in fontè *sanet*.

§. 617. Quomodo *intelligatur* morbus ?

§. 618. Quomodo *in fonte sanetur*? nempe si ex *φιλαυτία* corruptâ fiat recta.

§. 619. Huc Dan. Bartoli consilium collimat, huc & nostrum

tendet.

*Regula II. Amet quisque primo loco Deum, secundo
bonum publicum, non nisi tertio se ipsum.*

§. 620. Maximè peccatur pervertendo ordinem amando-rum.

§. 621. Non peccarent plagiarius, laesus, judex, si plus quàm se amarent
DEUM,

§. 622. item bonum publicum.

§. 623. Admonendi ergò, ut justum amandi ordinem servent.

§. 624. Facile tandem hoc fiet crebro exercitio.

Regula III. Exempla bonorum imitanda.

§. 625. *Plagiarii* proponant sibi exempla tùm aliorum,

§. 626. tùm Gabr. Bielii.

§. 627. *Laesi* in magno exemplorum defectu

§. 628. exemplum Georg. Rollenhagii.

§. 629. Raynaudus laeso (1.) proponit exemplum Virgilii à Bathyllo laesi;

§. 630. sed mînùs hoc accommodum :

§. 631. (2.) jubet solatium petere è fiduciâ meriti;

§. 632. sed flagitiosum hoc consilium.

§. 633. Muretus illud suggerit: *ulciscuntur hominem mores sui*; quod dextrè explicandum.

§. 634. *Judici* exempla servient Aristophanis, Brantii, Mor-hoffii,

§. 635. Inprimis parcendum vivis.

Regula IV. Pœnae improborum terreant.

§. 636. Homines alii bonis exemplis, alii non nisi pœnis moventur.

§. 637. Utrisque consulendum. Mali quoque à metu pœnae ad amorem boni paulatim duci queunt.

§. 638. Hic methodo Daniel Bartoli; nos à bonis ad malos sumus progressi.

§. 639. Malorum duo genera.

§. 640. Qui minùs periculosè laborant, horum conscientia excitanda.

§. 641. Desperatos pœna terreant, ut alii saltem sint securi.

§. 642. Rem hîc pœnae externae conficiunt.

§. 643. E quibus infamia deterrere maxime debet *plagiarios*.

§. 644. Quorum ideò insignem stuporem accusat Raynaudus.

§. 645. Prospera quidem quibusdam furta fuerunt: sed non omnibus.

§. 646. *Obj.* Technae occultant fraudem. *Resp.* sed non Deo, nec semper.

§. 647. Quod fraudis homo excogitat, homo detegit. Ipsi înterdum suo produntur indicio.

§. 648. Hactenus dicta etiam ad *laesos*, etiam ad *judices* pecantes accommodari possunt.

§. 649. Sic finis esto! Utinam pars haec practica inprimis prosit!

§. 650. Totum hoc interim opus referatur ad DEI gloriam!